Lechnowiczowa filia Nobilis viri Joannis Perlecki Symlowicz Consors
legitima sive eius Successores ad Instantiam praefatorum Nobilium
Illorum Perlecki Symlowicz, atque Constantini itidem Perlecki Symlowicz
Cessionariorum suorum vel eorum posterorum ad Officium prae-
sens Castrense Capitaneale Praemysliense ex tunc recessu suprascripto
quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Cita-
tionis Termino tanquam peremptorio stare, comparere, re-
spondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satis-
facere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac su-
os Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus
Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde
consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Ve-
ro infirmitate principaliori, minorennitate Successorum, Le-
gatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta
ad Evictorem, vel aliis quibuscunque dilationibus et legalibus im-
pedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos Offi-
cii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, dilatio-
nem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac car-
prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus
vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, prae-
scriptione Terrestri, bello, contentioneque ac alijs omnibus Iuris
remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis
evadendo, Hac sua potenti plenipotentiae Regno ad praemissa omnia mediante.

Krasowski Consorti Reformat

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus
Stanislaus de Krasowo Krasowski, Sanus mente et corpore existens a Terris
Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo.
Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet
se eiusque Successoribus ac bonis iuis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit.

Quia

Quia ipse Gnosus Cristinae Gromadzka sui Recognoscentis secundi Matrimonij Consorti legitimae eiusq posteris Summam Mille florenorum polon. ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae necnon aliam similem Summam Mille florenorum polonicalium ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum suorum quali omnium haereditariorum, obligatoriorum mobilium et immobilium, summarumq quarumuis pecun. nec non auri, argenti clenodiorum unionum, Margarethanum Vestium, Vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum peculum equorum, equiream, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit, dotauit, dotalitauit, inscripsit, et reformauit, Prout dat, dotat dotalitiat, inscribit et reformat praesenti. Per ipsam Gnosam Cristinam Gromadzka sui Regntis Consortem Linam et ipsius posteros, eandq medietatem bonorum suorum quali omnium, cum usiis ipsorum utilitatibus, et usufructibus competentiaq et praerogatiua quauis tenend., habend., et possidend. Illiq quiet et pacifice vsufruendi, ac ad vsus suos et suorum Successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diuties in Regno Poloniae obseruari solitarum.

Idem eidem Aduitalittem inscribit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesent. castren. Capitanealibus Gnosus Stanislaus de Krasowo Krasowski, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et consuetis Distinctibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, Praesenti vero castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam liberaliter publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Gnosus Cristinae Gromadzka sui Recognoscentis secundi Matrimonij Consorti legitimae, meliorando priorem aduitalitatis Inscriptionem per se Recognoscentem coram Actis Officij praesentis sub Actu feria Quarta post Dominicam Inuocauit Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo sexto factam et recognitam in et super Summam Mille florenorum polon. ex summa originali Duorum Millium Quingentorum florenor. polon. sibi Recognoscenti et memoratae Gnosae Cristinae Gromadzka Consorti suae per Gnosum Andream Casi

primum